



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab Anno Christi 1675. usque ad annum 1681

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1780

VD18 90119207

§. 25. Quorundam scriptorum religione Catholicorum opera, & obitus.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-67305](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-67305)

insuper librum conscripsit contra Con- Sæc. XVII.
cilium Tridentinum: Enimvero anno A. C. 1675.
hujus sæculi septuagesimo septimo qui-
dam maximi nominis Catholicus hunc
miserum ad Catholicæ fidei gremium re-
ducere nitebatur, qui tamen eidem leva-
tis humeris respondit, se Anglis tot bene-
ficiis obstrictum esse, ut sine ingrati
animi nota Anglicanam Ecclesiam de-
ferere haud posset: postea tamen in So-
cinianos errores prolapsus, Harviaci
misere periit.

§. XXV.

*Quorumdam scriptorum religione Ca-
tholicorum opera, & obitus.*

Ex Scriptoribus Ecclesiasticis hoc an- Calmet hist.
no defunctis primum sibi locum ven- Eccl. de
dicat Andreas de Saussay seu Sossagius, Lorr. t. 3.
Tullensis Episcopus, qui fastus & pom- pag. 767.
pæ osor, moribus mitis, ac indole man- Papeb. t. I.
fuetus, & nunquam vehemens erat, Aplirip. 223.
nisi quando de tuendo Dei, Ecclesiæ, & tom. I.
suæque dignitatis honore agebatur, Maij p. 492.
Scriptit volumen de gloria S. Remigii, Alegambe
aliud de S. Andreæ laudibus & de Scri- Script. S. J.
ptoribus, qui Andreæ nuncupati sunt, Bibl. Carmel.
opusculum de S. Clodoaldo, continua-
tionem Bellarmini de Scriptoribus Ec-
clesiasticis, tractatum Polemicum de
Apostolatu S. Dionysii Areopagitæ,
D 3 mar-

Sæc. XVII. martyrologium Gallicanum, de mysti-
A.C. 1675. cis Galliæ Scriptoribus, quod tamen
opus ab eruditis parum æstimari, asse-
rit Papebrochius II. Carolus Thoma-
sius Clericus Regularis scripsit Arbo-
rem seu commentarios in summam D.
Thomæ, Annum Bonaventuræ ver-
nantem, Anthologiam sacram, Horo-
logium Historicum Dominicæ Passionis,
pluraque alia III. Josephus Baptista
edidit vitam S. Joannis Baptistæ & B.
Felicis de Cantalicio, Epicedia Heroica,
Diarium Academicum, Absolonem,
præter alia. IV. Franciscus Londres
Ord. S. Francisci scripsit magnum hu-
manæ conscientiæ theatrum, Adven-
tum sacram, Mensam sacram, Para-
disum Marianum, præter plures ser-
mones quadragesimales. V. Marcus
Ferro Ord. FF. Præd. posteris reliquit
elucidationes in Thomam Aquinatem
& Cajetanum, Triadem Sacramenta-
riam, & justam damnationem quinque
propositionum Jansenii. VI. Vincen-
tius Maria Fontana ejusdem instituti
vulgavit tractatum de sacro Inquisitio-
nis Tribunali, Syllabum Magistrorum
S. Palatii, sacrum Theatrum Dominica-
norum & nonnulla alia. VII. Andreas
Lao, qui arctioris vitæ desiderio stimu-
latus a Carmelitis mitigatis ad Discal-
ceatos transiit, ibidemque Andreas a
Cruc

Cruce nominatus egregium suum com-Sæc. XVII.
 mentarium in D. Thomam scripsit, Car- A.C. 1675.
 melitis autem tantum Virum repeten-
 tibus, Andreas post quadriennium
 S. Congregationis jussu ad mitigatos
 rediit, ab Alexandro VII. *Reverendissimi*
 titulo & Clementis IX. præsentia læ-
 pissime honoratus, dum in Vaticana
 Basilica eximius Orator e suggestu per-
 orabat. VIII. Petrus de Campis No-
 vis Jesuita scripsit Axiomata Evange-
 lica, Psalmos Davidicos, sacra Can-
 tica Breviarii explanata, & suspiria
 Davidica. IX. Martinus Peregrinus
 edidit discursum de contritione per-
 fecta, & tractatum de resurrectione
 mortuorum probata rationibus na-
 turalibus.

§ XXVI.

*Decessus & Lucubrationes Scripto-
rum Acatholicorum.*

Defuncti sunt hoc anno ex Acatho-Bæd. Diff.
 licis nonnulli, qui suis lucubratio-t. 2. pag.
 nibus sibi nomen celebre inter suos^{20 43}
 compararunt, quorum inter primus^{Holl. Eccl. & Schol.}
 erat Samuel Maresius Calvinista, valde^{Stat. p. 249.}
 rixosus & impatiens Præco, qui gra-Athen.
 ves & scandalosas altercationes non Oxon.
 modo cum Catholicis, sed ipsis etiam
 suæ sectæ sociis semper habuit: scripsit
 D 4 sylte-